



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Distinctio septima.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](#)

Lib. IIII. Distinctio. VII.

quam accepit in hominem ex peccato primorum parentum quam introducatur per baptismum vita spiritualis; illud autem fit per exorcismum, ergo exorcismus debet precedere baptismum: & hoc est quod dicit Rabanus de institutione clericorum: & recitatur de conf. dist. 4, vbi dicitur sic: Postquam baptizandus per confessionem vera fidei in alterius se commendauerit dominium, & per abrensum ciariensem prioris professoris se seruunt alienauerit exsuffatur ab eo potestas sua, ut per pium facerdotis ministri spiritui sancto cedat fugiens spiritus malignus.

<sup>Tib. 3.</sup> 6 Q V A N T Y M ad secundum dicendum est quod quemadmodum hunc in exorcismo quorum virtus est solum in significando, quod autem quorum virtus est in efficiendo illa que solum significant si sunt in factis ab aliis verbis, ut sal in ore possum, & linitio narium, & aurum cum sputo, & ventilo olei in pectore, & inter spatulas. Primum enim significat discretionem diuinam sapientie. Secundum scilicet, linitio narium & aurum significat aptitudinem respectu fidei descendens & approbadam. Auditus enim aurum maxime proficit ad doctrinam, nares vero de odore iudicant. Tertium vero, scilicet olei ventilo, significat expeditionem hominis ad pugnam contra hostem. Tria autem alia pertinencia ad exorcismum sequuntur baptismum, scilicet christinatio in vertice qua significat gratiam Christi descendente in baptizantem. Traditio cerei accensi in signum clavis fidei, & candida vestis in signum innocentiae resurrectionis. Alio vero significat quod significat & consistunt in factis & in verbis simul, ut exsuffratio cum verbis, ad hoc institutis que sunt, maledictis ex ab eo: & manuum impositione cum benedictione. Primum enim significat & efficit expulsionem demonis, ne impedit baptismum a susceptione baptismi. Secundum precludit ei viam redeundi: & quod ita sit patre ratione & autoritate. Ratio est, quia in ritu ecclesie que regitur Spiritu sancto nihil efficit frustra vel false, sed nisi praedicta verba efficerent quod significant, maximè illa quae proferuntur imperatiu, & ratio daemonis frustra proferrentur & quasi falsa, ergo habent efficaciam faciendo id quod significant. Ad idem est auctoritatis Augu. de symbolo, lib. 1. & recitatur de conf. dist. 4, ca. Sic ut nos. vbi dicitur sic. Parvuli exsuffflantur, & exorcisantur, ut expellatur ab eis potestas diaboli & inimici. & idem dicitur ca. dehinc iterum, tamen non propter hoc exorcismus est sacramentum, quia virtus eius non est ad spiritualiter effectum, qui sit remotio culpæ vel poena procula debita, sed est solum ad remouendum impedimentum quod posset impediare a susceptione sacramentum.

7 AD primum argumentum dicendum quod per exorcismum demon expellitur quârum ad effectum corporalem non intrinsecum: quia non oportet baptismandum esse energum, sed extrinsecum, quia compescitur ne impedit baptismum à susceptione sacramenti.

8 Ad secundum dicendum quod quâdo effectus conformat & roborat, tamen tunc primo laborandum est ad curandum effectum, ut postea melius procedatur ad curationem causa. Potestas enim daemonis in hominem, licet sit ex peccato primorum parentum, firmat tamen adulatum in malitia, & parvulum impedit potest a susceptione baptismi, in quo procuratur salus nostra, & ideo convenienter prius debilitatur potestas daemonis per exorcismum, ut postea liberetur & convenientius salus detur parvulu per baptismum.

Sententia huius distinctionis. VII.  
in generali & speciali.

Nunc de sacramento confirmationis. Superiorius determinauit Magister de sacramento baptismi. Hic determinat de sacramento confirmationis. Et dividitur in quatuor partes. Primo enim determinat huius sacramentum essentiam. Secundo ipsum ministrum. Tertio eius effectum. Quartu eius ritum. Secunda ibi, sacramentum hoc ab aliis perfici non potest. Tertia ibi, virtus enim huius sacramenti. Quarta ibi, Hoc sacramentum. Hoc est diviso istius lectionis, & sententia generalis.

2 IN speciali vero Magister sic procedit. Et primo ponit agendum esse de sacramento confirmationis, cuius formam aptam dicit esse ipsa, scilicet, verba quia dicit episcopos

Quæstio I.

306  
pus cum baptizatos christi in frontibus, in quo etiam tangitur materia eius, quia est christina confermat. Postea dicit quod sicut apostolorum temporibus non potuit hoc sacramentum ab aliis quam ab episcopis esse perfectum, sic nec modo potest nisi ab illis qui locum eorum in ecclesia tenet, ab ipsis, scilicet episcopis, quod si ab aliis conferatur, irrumpt & vacuum habetur, unde licet presbyter baptizatos vngere vel tangere in pectore possit, non tamen ei vel eis licet baptizatos christi signare in fronte. Deinde dicit quod efficacia huius sacramenti est, quod in eo datur spiritus sanctus ad robur ad nomen Christi publice confitendum, & ut ipsi suscipientes plenè Christiani inueniantur, ut dicit Urbanus Papa. Obicit autem contra hoc quod dixerat hoc sacramentum a solis episcopis posse perfici per Gregorium, qui scribens Ianuario episcopo concedit quod simplices presbyteri baptizatos tangentur debeat vbi episcopi defuncti. Sed econtra dicit quod illud existimat solum esse coesum pro scandalo vitando. Subdit autem quod hoc sacramentum videtur esse dignus baptismi. Et quia a dignioribus datur, & quia in digniori parte corporis fit, sicut in fronte, & forte quia per ipsum maius virtutum augmentum praestatur, quamvis baptismus plus valeat ad remissionem peccatorum. Ultimum dicit quod hoc sacramentum deberet tenius traducere & baptizamus, nisi aliter cogat necessitas, scilicet infirmitas vel mors, nec debet iterari, sicut nec baptismus, nec ordo, ne fieret iniuria sacramentu, quod tunc fit quando sacramentum non iterandum iteratur. Et subdit quod indubitanter tenendum est quod baptismus, confirmationes, & ordo iterari non debent: de aliis autem vtrum licet, vel possint iterari dicit se determinatur in inferius. Et in hoc terminatur sententia, &c.

Q V A E S T I O P R I M A.  
Vtrum confirmationis sit sacramentum.

*Tho. 3. q. 72. ay. 1.*

Circa distinctionem istam queritur primo vtrum confirmationis sit sacramentum. Et videtur quod non, quia eiusdem virtutis (scilicet fidei) actus sunt credere & confiteri. Actus enim exterior & interior in idem principium reducuntur ordine quadam. Sed sacramento baptismi attributus actus credendi, quum baptismus sit sacramentum fidei, ergo eidem debet attribui confessio fidei, sed ad hoc ponitur confirmationis, ergo ipsa non est sacramentum per se a baptismis distinctum.

2 Item sacramenta habent virtutem ab institutione diuina. Sed confirmationis non legitur a Deo instituta, ergo non est sacramentum.

3 IN contrarium est quod dicit Melchiades Papa, & habetur de conf. dist. 4, cap. De his vero. Scitote vtrumque esse magnum sacramentum, scilicet baptismum & confirmationem.

4 R E S P O N S I O. Videnda sunt duo. Primum est an confirmationis sit sacramentum. Secundum est vtrum sit sacramentum ad falutem.

5 Q V O ad primum dicendum est quod confirmationis est sacramentum a baptismis distinctum, quod potest probari tripliciter. Primo ex conuenientia virtutis corporalis ad spiritualem sic: Sicut est in vita naturali sicut in modo est in vita spirituali, sed in vita naturali sicut est quod praeter generationem per quam vita acquiritur requiritur alia actio per quam homo ad perfectam quantitatem & virtutem producitur, scilicet augmentum, ergo similiter in vita spirituali praeter generationem spiritualem quae fit in baptismis, per quam vita acquiritur, requiritur alia actio sacramentalis per quam vita spiritualis ad perfectam virtutem deducitur, hoc autem fit per confirmationem in quod darunt spiritus sancti ad perfectum robur, igitur &c. Et hoc est quod dicitur de conf. dist. 5, cap. 1. Omnes fideles per manus impositionis episcoporum spiritus sancti accipere debent ut pleni Christiani inueniantur. Secundum patet idem ex effectu ad quem ordinatur sic: Ad actum qui habet spiritualiter difficultatem opus est spirituali adjutorio. Sed prater difficultatem quae est in credendo, est spiritualis difficultas in confitendo fidem tempore persecutionis, & quando ex persecutione imminentem periculum moritur.

Q Q 2 Littere

### Magistri Durandi de

Licet enim ad simplicem confessionem fidei tempore pacis sufficiat virtus fidei, tamen ad confessionem fidei contra persecutore vbi est periculum mortis, non sufficit fides, sed cum fide requiritur virtus fortitudinis quod est circa pericula mortem inferentia, ut dicitur. Et huius ergo praeter sacramentum baptismi quod est in adiutorium fidei ad credendum, requiritur aliud sacramentum quod sit in adiutorium fortitudinis ad audacter contendum, & hoc est sacramentum confirmationis. Ad hoc enim ordinatur ut homo coram persecutore audacter fidem confiteatur. Et hoc est quod dicit Melchiades Papa de confessa, distin. cap. Spiritus san. dicens sic: in baptismino regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnam. Et ibidem, confirmatio armat & instruit ad agones huius mundi. Tertio apparet idem ex causa cui confitetur in primis. Per sacramentum unius & conformamur Christo, Christus autem non solum est Pater noster sed sacerdos, & rex, sicut ergo per baptismum conformamur ei ut ministri summo sacerdoti, sic oportet quod per aliquod sacramentum conformemur ei ut milites suo regi. Et hoc fit per confirmationem per quam ascribimur ei ut milites ad pugnam spiritualem contra aduersarios fideli, quare &c. Et sic patet primum.

*Thes. 12.8.* **Q Y A N T U M** ad secundum dicendum quod non est sacramentum simpliciter necessarium ad salutem. Est tamen necessarium in casu, scilicet quando imminet persecutor coram qui fides est confitenda, & habetur copia ministri confirmare voluntis & valentis. Quod autem non sit necessarium simpliciter ad salutem patet: quia parvuli baptizati si ante confirmationem decadent salvantur. Quod autem sit necessarium in casu persecutionis potest probari sic, quando effectus est necessarius, & causa est necessaria, sed effectus confirmationis scilicet confiteri fidem tempore persecutionis est necessarius ad salutem cuilibet fidei, ergo & sacramentum confirmationis est necessarium ad salutem in tali casu si habebatur opportunitas confitentis. Qui enim in tali casu renueret sacramentum confirmationis accipere, peccaret mortaliter, propter quod dicit Melchiades vbi supra: quamus continuo transitus sufficiens regenerationis beneficia, victoris tamen necessaria sunt confirmationis auxilia.

**7** AD primum arg. dicendum quod confiteri fide absoluta tempore pacis est actus fidei, sed confiteri tempore persecutionis quando ex confessione imminet periculum mortis, pertinet ad virtutem fortitudinis supposita fidei. Et ad illud sufficit confirmationis post baptismum.

**8** Ad secundum dicendum quod hoc sacramentum institutum fuit a Christo: nec obstat quod non legitur eius institutio, quia multa fecit quae non sunt scripta, ut dicitur Ioan. 20. Forte tamen eius institutio fuit per Apostolos primitus promulgata publice, praeceps post missioem Spiritus sancti in die Pentecostes.

### Q V E S T I O S E C U N D A.

Vtrum christina sit materia conueniens huius sacramenti.

*Thes. 3. q. 12. ar. 2.*

**S**ecundum queritur utrum christina sit materia conueniens materia huius sacramenti. Et videtur quod non, quia ritus sacramentorum traditus est nobis ab Apostolis, sed ipsi non leguntur confirmasse mediante christmate, sed illum per manus impositionem, ut habetur Actu. 8. ergo christina non est materia confirmationis.

**2** Item distincta sacramenta non videntur communicae in eadem materia, sed christina est materia in sacramento ordinis quantum ad consecrationem episcopalem, ergo non est materia in sacramento confirmationis.

**3** IN contrarium est: quia forma verborum facit expressam mentionem de christmate tanquam de materia: dicitur enim consigno te signo crucis, & confirmo te christmate salutis, vel sanctificationis quod idem est.

**4** R E S P O N S I O. Videnda sunt duo. Primum est quae sit materia huius sacramenti. Secundum est quis sit vtrum materia in ipso.

**5** **Q Y A N T U M** ad primum sciendum est, quia christina est materia huius sacramenti conueniens, & non quodunque christina, sed consecratum per episcopum. Primum

### Sancto Porciano

paret, quia illud est conueniens materia sacramenti, quod habet maximam conuenientiam cum effectu eius. Sacra menta enim ex naturali similitudine representant, ut dicit Hugo de sacramentis. Sed christina habet maximam conuenientiam cum effectu confirmationis, ergo &c. Minor probatur, quia confirmationis (ut dictum est) ordinatur ad academ confessionem fidei tempore persecutio. Ad hoc autem requiruntur duo minor fidei in firma credulitate cordis, & odor famae in confessione oris. Primum representatur in oleo & effigie nitidum maximam oleum olivarium, quod est simpliciter & antonomasticum oleum. Secundum autem significatur in balsamo, quod est maxime odoris, & perficit aucti a corruptione. Et ideo christina compotum ex balsamo & oleo est conueniens materia confirmationis.

**6** Quod autem oporteat illud christina esse consecratum *Thes. 4.8.* quidam probant sic: Quorūcumque sacramentorum materia fuit Christo corporaliter applicata illa materia non indiger noua consecratio, quia tactu Christi consecrata fuit. Vnde Chrysostomus dicit quod nunquam aqua baptismi peccata credentium purgare possent nisi tactu dominici corporis sanctificate fuissent. Et ideo aqua baptismi quantum est de necessitate sacramenti non oportet quod prius benedicantur antequā sacramento applicetur. Idem est de materia eucharistie, quia Christo fuit applicata & ab ipso benedicta, dicitur enim *Mat. 26. & Luc. 22.* Accipit Iesus panem & benedixit. Similiter & calice. Et ideo non oportet quod materia prius benedicatur antequā forma verborum sacramentārum super ipsam proferatur. Secundum autem est de christmate & oleo sancto, & oleo infirmorum, oportet enim quod prius benedicantur quam exhibantur ad vtrum sacramenti, quia Christus non est vtrum visibilibus vocationibus ne feret iniuria iniisibili vocationi.

**7** Sed istud non videtur. Primo, quia si applicatio materiae ad Christum reddit eam sanctificat, vi detur quod non solum non oportet eam sanctificare ad hoc, quod sit materia baptismi. Sed etiam si sanctificetur quod sit iniuria priori sanctificationi si sit eiusdem rationis, vel quod prima fuerit in insufficientia, si secunda sit alterius rationis, sic cur ipsi dixerint de vocatione. Item falsum est quod Christus non fuit vtrum vocationibus visibilibus. dicitur enim *Ioan. 12.42.* quod Maria accepit libram vnguenti nardi pistilli, & vnxit pedes Iesu. Et *Lucas. 7.* dicitur quod osculabatur pedes eius & vngebat vnguento. Et Christo mortua vna & cum eius corpus eius per Nicodemum, ut dicitur *Ioan. 19.* ergo falsum est quod Christus non fuit vocationibus visibilibus vocationibus. Et si dicatur quod Christus non fuit vtrum visibilibus vocationibus per modum sacramenti, vel sacramentalis, sicut fuit vtrum pane & vino consecratio, & aqua baptismi Iohannis tanquam quoddam sacramentali. Non obstat, quia Christus à sacramentis vel sacramenti aliis nihil virtutis accepit. Et si aliquam virtutem dedit ex suo tactu, dedit omnibus qua tetigit & quæ in vtrum sacramentorum debebant venire.

**8** Dicendum est ergo aliter, quod materia sacramenti est quasi quoddam instrumentum quo minister virtutem in sacramenta quæ consistunt in vtrum, & applicatione materiae ad suscipientem, propter quod materia debet cōgrēre minister & minister materiae. In quocunq; igitur sacramento minister est determinatus aliqua ordinatione, materia est determinata aliqua benedictione. Et vbi vnum non est, nec alterum, sicut patet in baptismate cuius minister non est determinatus circa ordinationem (potest enim quibet baptizare) nec materia quārum est de necessitate sacramenti indiget aliqua benedictione. Sed in sacramento confirmationis minister est determinatus certa determinatione, s. episcopali. Et ideo necessarium est materiam esse determinatam certa benedictione. De christmate ergo non benedicto nullus posset confirmari, & sic patet quae sit materia.

**9** C I R C A. secundum scilicet circa vtrum materia in hoc sacramento sciendum est, quod vtrum eius est in confectione frontis in modum crucis. Et vtrumq; est de necessitate sacramenti. Cuius ratio est, quia aucti ad quem perficit confirmationis est libera confessio fidei Christi. Post autem aliquis impeditur à libera confessione propter duo scilicet propter timore mortis qui est timor pena, & propter

**Lib. IIII. Distinctio. VII.**

propter confusione quæ est timor ignominiae, utriusque autem signum præcipue in fronte manifestatur, pallescit enim timentes & rubescunt vere cœdari, ut dicitur. 4. Eth. Et ideo in confirmatione quæ fit ad liberā confessionem vñctio fit in frōte, fit etiam in modum crucis, sicut patet ex forma verborum, Confingo te signo crucis, quia confessio fidei quo ad articulum passionis maximam habet erubescientiam, ut dicit Apost. Cor. I. Nos autem predicamus Christum crucifixum, Iudei quidē scandalum Gentibus autem stultitiam. Et ideo ad confirmandum hominē contra hanc erubescientiam, vñctio confirmationis fit in fronte per modum crucis, & sic appetere secundum.

10. E X quibus potest concludi tertium, scilicet in confirmatione imprimatur character: quia omne sacramētum per quod deputatur aliquis ad aliquod sacramētū imprimat characterem (Character enim nihil aliud est quā potestas vel deputatio ad actum sacramēti, ut patet ex precedētibus) sed per baptismū, confirmationem, & ordinem, deputatur homo ad actum sacramēti, per baptismū quidem passiuē ad recipiendum sacramētum. Nullus enim nō baptizatus est susceptius sacramētorum. Per ordinem vero deputatur quis ad collationem corū præcipue per maiores ordines, ut per sacerdotium, vel episcopatum. Per inferiores vero ordinantur ad quofdam actus sacerdos secundarios. Confirmatio autem ordinatur ad audacem confessionem fidei, propter quod ista tria sacramēta imprimunt characterem, & per cōsequens non debent reiterari ne sit iniuria sacramēto. Cū character sit effectus sacramēti indelebilis.

11. AD primum arg. dicendum quod apostoli nō conſirabat fine chrismitate quāuis non legatur in scriptura canonica, dicit enim Dion. 4. cap. coeleſt. Hierar. quod est quādam perfectiua operatio quā duces nostri quos apostolos vocant chrismatiſtā hostiam nominant, potuit tamē esse quod p̄ter legem communem Deus ex speciali gratia dedit aliquibus effectum confirmationis sine sacramēto, cūm ad impositionē manuum. Apostolorum dabatur Spiritus sanctus sub visibilis signis, sacramētum confirmationis semper dabat apostoli mediante chrismate secundum communem legem sacramēti.

12. Ad secundum dicendum quod distinctio rerum est ex parte formæ & non ex parte materiae principaliter. Actus enim separat & distinguunt, propter quod nihil prohibet eandem materiam esse in diuersis sacramētis cum diuina forma verborum, & sic est de chrismitate in confirmatione & ordine, quia ipsi adduntur diuersæ formæ.

**QVÆSTIO TER TIA.**

Vtrum aliquis non ordinatus possit sacramētū confirmationis conferre.

Tb. 3. p. 72. art. II. Vide Caiet. ibidem.

**T**ertiō queritur de ministro confirmationis. Circa quod queruntur duo. Primum est vtrum aliquis non ordinatus possit sacramētum confirmationis conferre. Secundum est vtrum aliquis nō episcopus possit ex commissione papæ aliquem confirmare. Ad primum sic procedit. Et arguitur quod aliquis non ordinatus dum tamē fit confirmatus possit alios confirmare, quia perfidus est quod potest facere sibi simile, ergo qui est perfidus confirmatus potest alium confirmare: sed multi non ordinati sunt perfectè confirmati, ergo &c.

2. Item qui potest maius potest & minus. Sed sacramētū eucharistie est maius & perfectius quā sacramētū confirmationis, ergo simplex sacerdos, qui potest sacramētū eucharistie confidere, potest (ut videtur) sacramētū confirmationis conferre.

3. IN contrario arguitur: quia tempore apostolorum nō leguntur aliqui confirmasse nisi soli apostoli, ut legitur in actibus apostolorum, ergo moderno tempore nulli possunt confirmare nisi illi qui successerūt in locum apostolorum, sed illi sunt soli episcopi, ergo soli episcopi possunt confirmare.

4. RESPON SIO. Circa questionem istā est aliquid clarum quod conceditur ab omnibus fidelibus, videlicet quod solis episcopis cōpetit ex officio confirmare, & hoc rationabiliter. Primum, quia concordat scriptura. Non enim legitur hoc sacramētū tempore apostolorum ab

**Quæstio III.**

307

aliо suis collatum quām ab apostolis quorum vicem gerunt episcopi. Secundū ex determinatione ecclesiæ quæ habetur de conseſt. dicitur, cap. Manus. Et tangitur à Magistro in litera. Tertiō ex probabili ratiōe, quia ad illum qui est supremus in aliquo statu pertinet ordinare, & disponere de illis qui sub ipso in aliquo gradu præficiuntur populo communis, sicut ad principem exercitus pertinet ordinare de centuriis & decurionibus. Sed episcopus in ordinis ecclesiast. Hierar. est supremus, ergo ad episcopū pertinet illa sacramenta dispensare per quā aliquis constituitur in aliquo gradu super populum & communem. Hæc autem sunt confirmationis per quam aliquis efficitur miles fidei defendendæ, & ordo per quem efficitur aliquis quasi dux aliorum, ergo ad ipsum pertinet dispensare sacramētū ordinis & confirmationis.

5. Hoc igitur supponatur tanquam concessum ab omnibus. Sed quia p̄ter ministrum qui ex officio dispensat sacramētum, & cum solennitate, est dare ministrum qui potest dispensare sacramētum in casu necessitatis, sicut p̄ter sacerdotem cui soli ex officio & cum solennitate competit baptizare, potest quilibet alius vir vel femina in casu necessitatis baptizare: et si baptizet extra casum necessitatis, nihilominus est verus baptisimus, dum tamen seruent cetera quæ sunt de necessitate sacramēti. Et ideo volunt aliqui dicere quod licet soli episcopo conueniat ex officio confirmare & cum solennitate, tamen similes sacerdos ex commissione papæ potest hoc sacramētum conferre: quia praecius minister confirmationis quantum est de necessitate sacramēti non est solus episcopus, sed sub distinctione episcopū vel sacerdos cui papā committit. Sicur præciosus minister baptisimi nō est solus sacerdos, sed omnis homo vir vel mulier qui habet intentionem faciendi quod facit ecclesia.

6. Et quāmuis iſud non possit ex sacra scriptura haberi, tamē probabile est (vt dicunt) quod ita sit rationabile enim est quod Christus vicario suo qui est caput torus ecclesiæ dederit aliquam prærogatiuā circa administrationē sacramētorum: videlicet quod ex eius commissione aliquis sit minister confirmationis, vel minorum ordinum qui sine eius commissione nō esset minister, etiam ex commissione cuiuscunq; alterius episcopi. Et in tātum procedunt isti, vt dicunt quod ex dispensatione papæ potest confirmare quis ex chrismitate non consecrato, & infra nūnigi de oleo non benedicto, & est verum sacramētum. Quia (ut dicunt) Christus materiam confirmationis & extreμe unctionis instituit chrisma, scilicet oleum. Sed consecrationem & benedictionem materia ecclesiæ committit, propter quod papā qui est super totā ecclesiā licet mutare non possit materiam, potest tamen mutare consecrationem, committere, vel omittere: quia Christus se instituit quod oleum vel chrisma sit materia, eo modo quo fuerit per ecclesiā determinata cum tali vel tali benedictione, vel absque villa omnino.

7. Similiter dicunt quod si consecratio episcopi non sit sacramētum sed sacramētale, papā poterit circa eam dispensare etiam quantum ad ministrum tantum consecratiois. Quia quod consecrat aliquem in episcopum sit sacerdos, est ex Christi institutione. Sed quod ille sacerdos sit ordinatus ordine simplicis sacerdotis, vel ordine summil sacerdotis, seu episcopi, hoc committit Christus sub determinatione ecclesiæ. Et ideo papā qui p̄est toti ecclesiæ posset committere quod simplices sacerdotes episcopū consecrarent, & sine eius commissione nō possent: quia ordinatio papæ circa ministrum sacramēti vel eius materia est de necessitate sacramēti propter specialem prærogatiuā quam ex institutione Christi habet papā super omnes ministros ecclesiæ.

8. Hęc autem opinio non videtur solum falsa, sed fidei & ecclesiæ valde periculosa. Quod sit falsa patet: quia secundum omnes sanctos & doctores theologos, & canones sacros Christus non committit aliqui homini respectu sacramētorum nisi simplicis ministerium & nō potest rem excellentiæ, vel aliquid ad eam pertinens. Sed ordinare de materia sacramēti, puta de oleo vel chrismitate quod benedicatur vel non benedicatur, vel quod benedicatur tali benedictione vel alia, & quod huiusmodi ordinatio sit de necessitate sacramēti & non solum de solen-

nitate

### Magistri Durandi de

tute pertinet ad potestatem excellentiae & non ad sim-  
plex ministerium quod cōsistit solum & praeceps in facien-  
do ea que circa sacramenta sunt instituta per Christum;  
ergo istud non fuit commissum alicui homini, nec Papa,  
nec alii. Et quod dictum est de materia, locum etiam ha-  
bet in ministerio, quia ordinare quod minister sit ordinatus  
tali vel tali consecratione prout placet ordinanti, &  
quod talis ordinatio seu consecratio sit de necessitate sac-  
ramenti pertinet ad potestatem excellentiae & nullo mo-  
do ad simplex ministerium.

¶ Quod etiam praedicta opinio sit fidei & ecclesiae valde  
periculosa pater, quia isti ponunt quod Christus cōmisit  
voluntari & dispositioni ecclesie vel Papae, & christina vel  
oleum non sit benedictum vel benedictum. Et si bene-  
dictum benedicatur tali vel tali benedictione secundum  
voluntatem & ordinationem ecclesie vel Papae: & sicut  
ponunt de ministro confirmationis vel ordinationis epis-  
copalis & sit sacerdos consecratus consecratione simplicis  
sacerdotii vel summi pro voluntate & ordinatione Papae  
vel ecclesie, qua ordinatio est de necessitate sacramenti,  
ita posunt dicere circa alia sacramenta scilicet baptismi,  
eucharistiae, penitentiae & etiam extremae unctionis. Po-  
terit enim dici & minister eucharistiae, penitentiae, & ex-  
tremae unctionis ex institutione Christi est sacerdos, sed  
Christus commisit dispositioni Papae vel ecclesiae qualis  
consecratione sit ille sacerdos consecratus videlicet conse-  
cratione simplicis sacerdotii vel consecratione episcopali.  
Et si Papa ordinaret quod esset consecratus consecratione  
episcopali, tunc soli episcopi possent solum sacramentum  
eucharistiae consecrare & absoluere in foro penitentiae, &  
infirmos inungere, nec alias esset vera sacramentum. Simi-  
liter circa sacramentum baptismi posset dici quod Christus  
solum in institutio quod baptismus fieret in aqua, sed cō-  
misit Papae vel ecclesiae determinationem aqua, videlicet  
an esset benedicta vel non benedicta, calida vel frigida.  
Et similiter posset dici quod Christus instituit solum quod  
vinum esset materia consecrationis sanguinis. Sed cōmisit  
determinationi Papae, vel ecclesiae quale esset illud vi-  
num album vel rubrum. Et si Papa circa aquam baptismi  
determinaret quod deberet esse calida & circa vinum quod  
deberet esse rubrum, baptismus non posset fieri saltem extra  
casum necessitatis nisi in aqua calida, nec sanguis Christi  
sit consecrari nisi in vino rubro, quia ordinatio ecclesiae  
esset de necessitate sacramenti ex commissione Christi: nec  
est maior ratio dicendi illa que dicunt isti & dicendi haec  
que subiecta sunt. Quia in periculosa autem sunt omnia haec  
perpendere potest qui ibet prudens ex eo quod fides quam  
habemus de sacramentis dependet ex libera voluntate  
vnius hominis, scilicet Papae etiam quantum ad aliqua que  
essent de necessitate sacramentorum, quod non videtur sane  
dictum. Item absurdum videtur & contrarium factum scri-  
pture quod ex commissione Papae simplices sacerdotes  
posint episcopum consecrare, dicit enim apud Heb. quod  
absque villa contradictione minor a maiori benedicatur.  
Sed episcopus non est minor simplici sacerdoti, ino major  
fieri consecratio episcopalis sit sacramentum, vel sacra-  
mentale, ergo absurdum est dicere quod simplices sacer-  
dotes possint episcopum consecrare.

10. Tenendum est ergo secundum communem doctrinam quod circa sacramenta & etiam sacramentalia per Christum instituta nihil potest mutari per quemcumque hominem quantum ad ea que sunt de necessitate sacramentorum, vel sacramentalium si qua per Christum instituta fuerint, nec in his Christus commisit alicui homini Papa, vel alii nisi simplices ministerium: quamvis ad solennitatem ministerii potuerit & possit ecclesia addere, vel sub-  
trahere, vel mutare prout iudicauerit expedire.

11. Redendo ergo ad propositum de ministerio confirmationis an ex institutione Christi debeat esse solus episcopus, aut simplex sacerdos. Dicendum est quod ex textu la-  
cre & scripture non potest haberi plena certitudo de hoc, &  
enim diaconus, aut aliis quicunque inferior sacerdote non  
possit esse minister confirmationis, latius liqueat ex actibus  
Apostolorum vbi dicitur, quod cum Philippus unus ex septem diaconibus praedicatorum in Samaria & aliquos conve-  
certer ac baptizasse, non tamen confirmauit eos. Sed ad eos  
confundendos misiti sunt duo ex Apostolis Petrus videlicet

### Sancto Porciano

& Iohannes, quod non fuisset factum si Philippus diaconus  
potuerit eos confirmare. Et si ille non potuit, nec alii dia-  
coni possunt, & multominus subdiaconi, & alii inferio-  
res. Sed quia Apostoli erant sacerdotes, & episcopi adhuc  
ex illo textu non est clarum an episcopi confirmauerint tan-  
quam sacerdotes, vel tanquam episcopi, facri etiam canones  
hoc claram non determinant. Nam sicut quedam capitula ex  
prece dicant, quod a solis episcopis hoc sacramentum conferen-  
dum sit. Et si ab aliis conferatur irritum est, nec inter ecclesi-  
astica sacramenta computatur, vt habetur de conf. dicitur,  
cap. Manus, cum pluribus aliis. Tam alibi legitur, quod  
Gregorius concessit quod in absentia episcoporum pres-  
byteri possent baptizatos chrismate tangeri in fronte, hoc  
est confirmare, vt habetur in decreto distin. 9, cap. Pere-  
uenit. Et vtrumque praedictorum tangit Magister in litera.  
Et sic adhuc remanet sub dubio, quamus communius  
& probabilius retenetur quod solus episcopus est minister  
sacerdotum confirmationis.

12. Ad rationes in oppositum, dicendum est ad pri-  
mam quod in agentibus naturalibus & vniuersalibus signum  
perfectionis est facere sibi simile, in agentibus autem per ar-  
tem signum perfectionis artis est quando aliquis facit illud  
quod disponit facere per artem. In agentibus autem qui  
uocis non esset perfectionis facere sibi simile, quia agens  
equiuocum exedit speciem sui effectus. Minister autem sa-  
cramentorum non est agens naturaliter, sed per artem res-  
pectu corum quae exterius subiacent suo ministerio. Nam  
effectum intentione in solus Deus facit. Et ideo perfectus  
minister est qui facit perfecte ea quae pertinent ad suum  
ministerium & non ex eo quod facit sibi simile.

13. Ad secundum dicendum, quod quando minus inclu-  
ditur in maiori, qui potest maius potest & minus: vt qui  
potest ferre centum libras potest ferre quadraginta. Sed  
quando maius & minus sunt totaliter disparata non oportet  
quod ille qui potest maius possit minus, sicut non oportet  
quod homo qui potest ratiocinari possit volare. Sicut au-  
tem est in proposito, quia confidere eucharistiam & con-  
firmare sunt totaliter disparata.

### QVÆSTIO QVARTA.

Vtrum ex commissione Papæ sacramentum con-  
firmationis possit ab alio quam ab  
episcopo conferri.

Tho.3.q.72.ar.11. Et quodlibet. II. ar.7.

A D secundum sic proceditur, & arguitur quod sacra-  
mentum confirmationis possit ex commissione Pa-  
pa conferri ab alio quam ab episcopo. Quia maius est  
conferre minores ordines quam confirmationem, sed pref-  
byteri cardinali ex commissione Papæ conferent mino-  
res ordines, ergo simili commissione possunt confidere con-  
firmationem.

2. Item Magister dicit in litera, quod Gregorius com-  
misit quod sacerdotes simplices in absentia episcoporum  
possent confirmare, & haberent in decreto distin. 9, cap.  
Peruenit. Hoc autem non fecisset nisi facere potuerit, ei-  
go &c.

3. IN contrarium est, quia sicut se habent ea quae sunt  
sacerdotis ad sacerdotium, ita se habent ea que sunt epis-  
copi ad episcopum, sed ea quae sunt sacerdotis non possunt  
ex commissione Papæ fieri per non sacerdotem: ergo ea  
que sunt episcopi sicut est confirmatione prout in litera dis-  
citur non possunt ex commissione Papæ fieri per non  
episcopum.

4. RESPONSO. Hic est duplex opinio. Prima est  
aliquorum qui dicunt quod tanta est Papæ autoritas quod  
quilibet potest ex eius commissione conferre alteri sacra-  
mentum quod habet, sicut confirmatus potest alium con-  
firmare, & sacerdos sacerdotium aliud conferre. Et dia-  
conus diaconatum, & sic de aliis. Non autem potest aliquis  
conferre sacramentum quod non habet etiam ex comis-  
sione Papæ, quia nemo dat alteri quod non habet.

5. Istud autem est manifeste falsum. Primum, quia si nullus  
potest conferre sacramentum quod non habet, non bap-  
tizatus non potest baptizare quod falsum est, vt patet ex  
præcedentibus. Et iterum sacerdos non yngetus non posset  
infir-

Lib. IIII. Distinctio. VII.

infirmum inungere. Et rusticus in infirmitate inunctus si curaretur posset postea infirmos inungere. Hoc autem est manifeste falsum, ut pater ex determinatio[n]e sacra scripsit Iac. v.17. Infirmatur quis in vobis inducat praebyt[er]os ecclesias, &c.

6 Secundo, quia actus sacramenti suscepti aut est ad conferendum simile sacramentum, aut non. Si est ad conferendum simile sacramentum, tunc sine aliqua commissione quilibet posset conferre sacramentum quod habet quod nullus dicit. Si vero non ordinetur ad conferendum simile sacramentum, tunc ex commissione Papae quilibet potest e[st]re conferre sacramentum quod non habet sicut illud quod habet: cum actus sacramenti suscepti nihil ad hoc faciat. Dicere vero quod nullus dat quod non habet, & hoc aspiciare pro causa, quod qui non recipit aliquod sacramentum non posset conferre simile, omnino ridiculum est, sic intellegendo sicut ipsi intelligunt. Est enim simile ac si dicere: tu quod non possem dare tibi aliam nisi suscepsem aliam. Non enim oportet quod illud quod datur alteri quod habeatur a dante formaliter, sed sufficit quod habeatur virtualiter. Et ideo non oportet ad collationem sacramenti, quod conferens receperit simile sacramentum, sed sufficit quod habeat in virtute.

7 Alia est opinio quorundam qui dicunt quod Papa potest committere aliqui non episcopo & confirmare & consecrare minores ordines. Oportet tamen quod ille cui committitur sit sacerdos. Primum declaratur, episcopatus nihil addit super sacerdotium per relationem ad corpus Christi verum, sed solum per relationem ad corpus Christi mysticum, nec Papa qui est episcopus supremus quo ad iurisdictionem dicitur habere plenitudinem potestatis per relationem ad corpus Christi verum, sed per relationem ad corpus Christi mysticum. Ex hoc sic arguitur. Ille qui habet plenitudinem potestatis super corpus Christi mysticum potest committere dispensationem eorum sacramentorum quorum actus sunt circa corpus mysticum. sed Papa est huiusmodi, confirmatio autem & minores ordines sunt talia sacramenta quorū actus sunt circa corpus Christi mysticum & non circa corpus domini verū. In hoc enim differunt minores ordines a maioribus, & maiores ordines habent actus circa corpus Christi verū (sacerdotis) quidem in consecrando, subdiaconatus in preparando materiam, diaconatus in offerendo materiam preparatam) & ideo nullus non episcopus potest ex commissione cuiuscunq[ue] conferre hos ordines, quia actus eorum sunt circa corpus Christi verum respectu cuius Papa non habet plenitudinem potestatis. Minores autem ordines nullum habent actum circa corpus domini verū & materiam eius, sed habent quodam actus secundarios & preparatorios, vt de officio patet & ceteris minoribus. Et idem est de confirmatione cuius actus est confiteri fidem ad eccl[esi]ationem ecclesie, ergo tam minores ordines quam confirmatio possunt a non episcopo conferri ex commissione Papa.

8 Secundum probatur sic, quod scilicet talis commissio non possit fieri nisi sacerdoti, quia omnis sacramentalis operatio per quam descendit gratia in corpus Christi mysticum dependet a sacramentali operatione que est super corpus verum, quia a solo Christo est, gratia in populo, sed sacerdos habet potestatem super corpus Christi verum, ergo ipsi sacerdos potest dispensare sacramentum, per quam descendit gratia in corpus Christi mysticum. Talia sunt confirmationes & minores ordines, quae &c.

9 Ad sciendum autem quid veritas continet praedicta opinio, aduertendum est, quod supposito quod confirmatio sit verum sacramentum a Christi institutum, & minister eius sit omnis sacerdos quantum est ex institutione Christi, sicut ex prohibitione ecclesie reseruata sit eius colatio solum episcopis, tunc facile est dicere, & ex commissione Papa simplex sacerdos possit confirmare, quia prohibitio ecclesie solum facit, quod non licet simplici sacerdoti confirmare, cui tamen licet si non esset prohibitio ecclesie. Commisso autem Papa si eam faceret simplici sacerdoti tolleret prohibitionem quārum ad illum cui fieret commisso. Si tamen sacerdos sine tali commissione confirmaret verum sacramentum esset, sed ipse peccaret quia gradus episcopalis non esset de necessitate sacramenti, sed de necessitate precepti. Et in hoc casu potest

Quæstio IIII.

308  
excusari Grego. qui concessit quod simplices sacerdotes possent confirmare.

10 Si autem ex institutione Christi solus episcopus sit minister confirmationis, nullo modo simplex sacerdos ex commissione Papæ potest hoc sacramentum conferre. Quod pater pluribus rationibus. Prima talis est. De integritate cuiuslibet sacramenti sunt materia, & forma & minister. Sed Papa nihil potest mutare circa formam sacramentorum, vel circa materiam, ergo nec circa ministerum: igitur aut simplex sacerdos ex divina institutione est minister confirmationis & tunc absque commissione Papæ potest eam conferre, aut non est minister, sed solus episcopus & tunc ex quacum commissione nihil potest.

11 Ad hoc tamen potest aliquis dicere quod minister non sit est de integritate sacramenti, sicut forma & materia, quia materia & forma sunt intrinseca sacramenta. Minister autem extrinsecus se habet ad ipsum propter quod aliqua variatio fieri potest circa ministerum absque praevia sacramenti que non potest fieri circa materia vel formam. Quod patet in sacramento penitentiae in quo fieri potest per Papam circa ministerum variatio, & etiam fit: ut cum Papa aliquibus dat priuilegium absoluedi, qui prius absoluere non poterant, vel cu[m] substrahit ab his qui prius habuerant, nunquam autem mutare potest materia vel formam sacramenti penitentiae, & similiter videtur, quod possit facere circa alia sacramenta, ut scilicet possit varia re ministerum non autem formam vel materiam.

12 Sed istud non valeat, quia Papa circa sacramentum penitentiae non mutat ministerum, quia eius minister est omnis sacerdos, cum omni sacerdoti dicatur in sua ordinatione: Accipite Spiritum sanum, quoru[m] remiseritis peccata remittuntur eis, & quoru[m] retinerentur reterentur. Sed substrahit materiam ita vel illi sacerdoti sicut ei placet, quod est pro tanto, quia cum sacramentum penitentiae sit iudicium de materia huius sacramenti ei peccator subditus. Potest autem Papa facere, quod subditus iti sacerdoti ei amplius non subdat, & sic substrahit ei materiam absoluendi, quia subtrahita non potest solvere vel ligare: sicut si sacerdoti substrahatur panis & vinum non posset confidere, similiter Papa potest aliqui subdere illum qui prius non erat ipsi subditus, & tunc poterit absoluere qui prius non poterat ex defectu materie. Non mutat ergo Papa minister penitentiae sicut nec in aliis sacramentis, sed dat materiam vel substrahit, nec valet quod dicatur, quod minister extra intrinsecus se habet ad sacramentum materia & forma intrinsecus, quia sicut minister conferens se habet extrinsecus ad sacramentum ita & suscipiens ipsum, sed ubi suscipiens alii quod sacramentum est determinatum sicut in extrema unctione infirmorum, vel in ordine malculus per Papam non potest mutari. Et si fiat nullum est sacramentum, vt si sanus vngatur, vel mulier ordinetur, ergo circa ministerum nihil omnino mutari potest absque evacuatione sacramenti quamvis extrinsecus se habet ad sacramentum.

13 Secundum probatur idem sic: dispensare illa sacramenta quorum actus respiciunt corpus mysticum aut conuenient Papæ & episcopis ratione iurisdictionis, aut ratione consecrationis. Non ratione iurisdictionis, quia cum Papa electus & episcopus confirmatus habeant plenam iurisdictionem antequam sint consecrati, possent tunc hec sacramenta dispensare seu conferre quod falso est, ergo non conuenit eis ratione iurisdictionis, sed consecrationis. Sed ea qua consecrationem recipiunt non consecrato committi non possunt, vt habetur extra de conse. ecclesia vel altaris, ca. penit. aqua, ergo Papa vel episcopus non possunt consecrare nisi episcopo, quod possit talia sacramenta conferre.

14 Circa quod est intelligendum & quando competit alicui ministrare sacramenta, vel etiam sacramentalia ratione ordinis, nullus nisi institutor predictoris sacramentorum vel sacramentalium potest dispensare, quod alius non sic ordinatus possit ea ministrare. Et quia solus Christus instituit sacramenta. Ecclesia autem instituit multa sacramentalia, vt sunt benedictiones vestiu[m], consecrationes & reconciliations ecclesiarum & cemeteriorum: ideo in ministerio instituto per Christum pro administratione talis vel talis sacramenti, ecclesia vel Papa non potest variare aliquid, vel in aliquo dispelare quin totum frustretur: sed

Q. Q. 4      quia

### Magistri Durandi de

quia Papa est caput ecclesiae, ideo in sacramentalibus per ecclesiam institutus Papa potest dispensare circa ministrum, quia etiam a principio potuit instituere ministrum quem voluit, sed minor Papa, putat quicunque alius episcopus non potest nisi sibi specialiter esset per Papam indultum. Et sic loquitur capitulum prius allegatum, A qua.

15 Tertius pater idem: Papa non habet maiorem potestatem in collatione confirmationis vel ordinis quam quis cuncte episcopos, licet habeat maiorem potestatem in foro causarum. Si ergo ex commissione Papa simplex sacerdos potest confirmationem vel minores ordines conferre, idem poterit quilibet sacerdos ex commissione proprii episcopi, quod a nullo conceditur.

16 Quartus potest idem probari sic: Sicut in baptismō confertur potestas suscipiendo sacramenta, sic in ordine confertur potestas dispensandi ea: sed Papa non potest facere quod non baptizatus suscipiat sacramentū verum, ergo non potest facere quod non ordinatus illa ordinatione qua quis accipit potestatem dispensatiā confirmationis vel ordinis posse hoc sacramentum conferre. Mirum enim est si aliquis posset in actu respectu cuius non haberet potestiam, secundum istos autē characteris ordinis & baptismi sunt potestates suscipiendo, vel conferendo sacramenta. Characterem autē ordinis vel baptismi nullus potest habere ex commissione Papa, sed requiritur suscepitio sacramentorum, ergo non habent characterem ordinis per susceptionem sacramentorum, non potest per quicunque committi actus illius ordinis, tunc dederatur ut prius quod minister confirmationis, aut est ordinatus ordinatione episcopalī, aut simplicis sacerdotii. Si episcopalī, cōmitti non potest episcopo: si simplicis sacerdotii, non est necessaria commissio, nisi forte propter prohibitionem ecclesiae ad vitandum culpam inobedientiae. Ex his ergo videtur quod ex commissione cuiuscunq; nullus posset conferre sacramentum quod non posset conferre ex se.

17 Ratio autē praecedentis opinio non videturcludere: cum enim dicunt qd; Papa habet plenitudinem potestatis super corpus mysticum, verum est dupliciter, vnam qua potest omnia sacramenta dispensare, sed non cōmittere: cum hac sit potestas consecrationis in qua cum ipso communicant omnes episcopi. Aliam potestatē habet qua est iurisdictionis in statuendo, cirando, excōmunicando, suspendingo, in qua nullus ei æquatur. & hanc potest cōmittere cui vult vel in toto, vel in parte, sed de hac nihil ad propositum, sed solum de prima qua cōmitti non potest.

18 Quod etiam dicitur quod illa commissio non potest fieri nisi sacerdoti qui habet potestatem super corpus domini verum, non videtur cogere, quia a corpore domini vero considerato secundum se vel in se, puta passo vel mortuo effluit gratia in corpus mysticum & non ab ipso solum, vt est in sacramento. Sacerdos autem non habet potestatem super corpus domini verū vt est in se, sed solum prout est in sacramento. Et ideo quantum est de virtute rationis non est necessarium quod illi soli competat dispensatio illorum sacramentorum per quae fluit gratia in corpus Christi mysticum: quod etiam pater, quia alius a sacerdote potest conferre baptismum quantum est de ratione sacramenti, licet ex institutione ecclesiae solus sacerdos habeat autoritatem ministerii.

19 Ratione etiam per quam dicunt quod Papa non potest cōmittere alicui non episcopo quod cōfiterat maiores ordines, sed solum minores non videtur valere, quia ad corpus Christi verum vt in sacramento contentum habet relationem acolitus, cuius est fuggerere vīna & aquam ad consecrationem sanguinis, sicut subdiaconus qui habet prædictam materiam ponere in vasī facris & offerre sacerdoti consecrandam, si ergo propter relationem ad corpus Christi verum non potest committit collatio subdiaconatus eadem ratione nec collatio acolitus. Et si collatio acolitus potest committiri, quia se haberet remoto ad corpus Christi quam subdiaconatus: eadem ratione poterit dici quod collatio subdiaconatus potest committi, quia se haberet remoto quam diaconatus, quod nullus hoc dicit.

20 AD primum arg. dicendum quod æquē dubisi est de minoribus ordinibus sicut de confirmatione. non enim bene claret quomodo possint à non episcopo cōfiteri si

### Sancto Porciano

Ius episcopus ex ordinatione Christi fit horum sacramentorum minister. Si vero omnis sacerdos minister est, sed ex ordinatione ecclesiae referatur solum episcopis, tunc quilibet sacerdos vere potest confirmare & minores ordines conferre licet peccet conferendo faciens contra statutum ecclesiae. Ecclesia enim potest arctare ministrum suo statuto, sed non potest irritare sacramentum concurrentibus his quod sunt de necessitate sacramenti. Et si hoc est verum, tunc Greg. potuit conferre sacerdotibus quod licet confirmarent qui alij scilicet confirmando, licet vere confirmarent: si autem non est ita, sed solus episcopus est minister nescio cur non posset dici quod Gregorius cum fuerit homo & non Deus potuerit errare.

21 Et per hoc pater, ad secundum. Videtur autem quod prius minister confirmationis sit episcopus præcipue per illud quod dicitur de conse. di. 5, cap. manus. Minister autem minorum ordinum videtur esse simplex sacerdos: vt patet per illud quod dicitur extra de ordinato ab episcopo qui renunciatur episcopatu, cap. 1, quanvis non apparere manifesta ratio quare altiorum ministrum requirat confirmationem quam minores ordines, nisi quod minores sint quædam sacramentalia per ecclesiam instituta, & ideo circa ea potest ecclesia variare quo ad ministrum & quædam alia prout placet. De hac autem re tangentur alijs inferius quando agetur de ordinibus.

### Sententia huius distinctionis. VIII.

in generali & speciali.

P Oft sacramentum baptismi, &c. Superius Magister determinavit de sacramento baptismi & confirmationis. Hic vero determinat de sacramento eucharistiæ, diuinitur iste tractatus in partes tres. Primo enim determinat de hoc sacramento quantum ad esse, Secundo quantum ad fieri. Tertiō quantum ad dispensationem. Secunda. n. di. ibi. Si autem queritur qualis sit ista conuersio, Tertia. n. dist. ibi. Solet etiam queri vtrum praui sacerdotes. Prima diuiditur in tres. Quia primo agitur de hoc sacramento secundum se. Secundum quantum ad vsum. 9. dist. ibi. Et si cur duas res. Tertiō quantum ad eius veritatem. di. 10. ibi. Sunt autem alii. Prima in tres diuiditur. Primo enim determinat huius sacramenti precedentes figuræ. Secundum ipsius institutionem cōfirmat. Tertiō ipsius integratem inquirit. Secunda ibi. Hæc & alia quatuor consideranda occurunt. Tertia ibi. Nunc quid ibi sacramentum sit & quid res videamus. Secunda istarum diuiditur in tres partes. Primo enim determinat huius sacramenti institutionem. Secundum ipsius formam. Tertiō determinat quandam incidentem dubitationem. Secunda ibi. Forma vero est. Tertia ibi. Vera confederatione dignum est. Hæc est diuisio lectionis & sententia generalis.

22 IN speciali vero sic procedit Magister & proponit quod post sacramentum baptismi, & confirmationis agendum est de eucharistiæ sacramento per quod spiritualiter recirimur, & in bono confirmamur. In ipso enim non solum confertur gratia, & virtutis augmentum, sed etiam ille totus sumitur qui totus est gratia fons & origo. sicut autem sacramentum prefiguratum tempore vet. leg. per manna, sicut sacramentum in mari rubro, & tempore passionis Christi per sanguinem, qui de eius latere fluxit, sicut baptismus per aquam que exinde emanauit. Ante legem vero per oblationem panis & vini factam a Melchisedech. Ponit etiam Magister alias conuenientias huius sacramenti ad manna. Et ostendit quod iste cibus est illi excelletior, sicut pater in litera. Postea dicit, quod hoc sacramentum institutum est a Christo in cena post escum agnus paschalium tempore quo Christus per presentiam corpora Iem erat recessurus a discipulis. Deinde dicit, quod forma huius sacramenti est talis qualis ipse dominus Iesus Christus edidit, scilicet. Hoc est corpus meum. Et hic est calix, &c. Cetera vero que in missa dicuntur, dicit Magister quod per ea fit oratio pro populo & principibus. unde non sunt nisi laudes & obsecrations & petitiones fidelium. Et istud multis autoritatibus confirmat. Postea redit causa quare dominus hoc sacramentum quasi memoriale sive passionis celebrato post cenam cum discipulis typico paschate instituit, ut scilicet ostenderet sacramentum a veteris leg. inter quæ erat præcipuum quantum ad figura